













1758.

1. Besserer, Georgius Philippus: De eo, quod iustum est  
circa renuntiationes filiarum nobilium immediatearum.
2. Haspel, F. L.: Prolusio de lapsu decernis ad  
revocationem verbelamentum non necessario.
3. Hoer, Iohannes Georgius: De iustis expellendi unde  
Iorem curis intra tempora locationis locatori  
competentibus et l. 3 C.

1759.

1. Masius, Christianus: Cogitata de disciplinarum  
moralium limitibus accuratius constitendis
2. Rüdiger, Fr. Christoph: De vetere legum collectione  
vulgo jus Caesareum.

1760.

1. Braun, Carolus Adolphus: De legitima ejusque origine.
2. Faeger, Georgus Fridericus: De comphegi Salinae  
prosecutione Hales Inverum obtinente.

1760.

3. Pingenkaffor, Davidicus Lutorian: De usu matris  
competente ad l. 2 tit. 33. reform. Noricae.

4. Rudolph, Dr. Anthonium: De effectu matris in pactis  
et contractibus.

1761.

1. Schmuch, Augustus H. Gotscheff: Ad quendam ora-  
tionem pro capessenti numero jurium professoris  
publici extraordinarii . . . invitata simulque de  
vasallo et presentata servitia ducibus bellum  
injertum gerenti non obligato.

2. Schmuckius, Augustus Gotscheff: De alienatione rei here-  
ditariae prohibita, quatenus tacitam fiduciam non  
inducat.

1762.

1. Rossmannus, Andreas Elias: Verus neta symbolica  
et provinciali.



2. Rureph, d. Christophorus : De effectu metus in pactis et contractibus.
3. Schierschmidius, Francus Festinus : De dote liberorum separatorum.
4. Wenkerus, Michael Godofredus : De gravissimis adulterii indicis ad Novissimum idoneis ac repetitione Totius.
5. Wenkerus, Michael Godofredus : De latione errorum contractus et imprimis retractione rescindente.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





4.

Q. 287mm. 27.

15

Q. D. B. V.  
DE

GRAVISSIMIS ADULTERII  
INDICIIS AD DIVORTIVM  
IDONEIS AC REPETITIONE DOTIS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

FRIDERICO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORSSEAE  
SILESIAEQVE DVCE REL. BVRGGRAVIO  
NORIMBERGENSI REL.  
CIRCULI FRANCONICI SVPREMO BELLI DVCE TRIVM LEGIONVM  
ET COHORTIVM PRAEFECTO REL.

P. 404.

PRAESIDE

MICHAELE GODOFREDO  
WERNHERO JCTO 1762, 4

PROF. IVR. ORDIN. ET ORD. ICTOR. ADSESS  
PATRONO AC PRAECEPTORE SVO GRATE SVSPICIENDO  
DIE MENSIS OCTOBRIIS A. MDCCCLXII  
IN ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI  
PVBLICE DISSERT

AVCTOR ATQVE RESPONDENS

IOANNES DIETERICVS SCHMIDTIVS  
HEILBRONNENSIS.

ERLANGAE AERE I. D. M. CAMERARII ACAD. TYPOG.






DE  
GRAVISIMIS ADULTERII  
INDICIIS AD DIVORTIUM  
IDONIS AC REPETITIONE DOTIS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
FRIDERICO  
MARGRAVIO BRANDENBURGICO BORUSSIAE  
SPESIAEQVE DVCE REI BVRGRAVIO  
CIRCALLITANONICI SVBMO BELLI DVCE TIVMI LEGIONVM  
ET CONORTVM TRACTATO REI.

FRASIDE  
MICHAELI GODOFREDO  
WERNHERO ICTO

REGI IVR ORBIN ET ORD IGITOR ADDESS  
TALONO AC TRACTATORE SVO GRATE SVCHENDO  
DIE MENSIS OCTOBRIIS A. 1713. CC. VII.  
IN ALMA PRIBERIANNA A. 1713. CC. VII.

FRASIDE  
IOANNES DIETRICVS SCHMIDTIVS  
FRIBERONENSIS  
FRANCOE Amsel. D. M. Camerarii Acad. Theol.





INCLYTAE AC LIBERAE SACRI ROMANI IMPERII  
REIPUBLICAE HEILBRONNENSIS  
*PATRIBVS PATRIAE CONSCRIPTIS*

**SENATI**

NOBILISSIMO AMPLISSIMO ET PRVDENTISSIMO  
VIRIS

MAGNIFICIS ILLVSTRI<sup>BVS</sup> MAXIME GENE-  
ROSIS EXCELLENTISSIMIS CONSVLTISSIMIS PRAE-  
NOBILISSIMIS DOCTISSIMISQVE

*PATRIBVS PATRIAE*

**CONSVLIBVS**

*SVMME MERITIS SPLENDIDISSIMIS*

**QVAESTORIBVS**

*ATQVE*

**SENATVS**

*INTIMIORIS*

**ASSESSORIBVS**

*SPECTATISSIMIS GRAVISSIMISQVE*

DOMINIS AC MAECENATIBVS SVIS PER-  
QVAM GRATIOSIS FORTVNATI REGIMINIS DIV-  
TVRNITATEM!

*LONGAEVAE VITAE TRANQVILLITATEM*

SPLENDIDISSIMARVM FAMILIARVM PEREN-  
NEM FELICITATEM

*A DEO IMMORTALI*

*RELIGIOSISSIME APPRECATVS*

HAS STVDIORVM ACADEMICORVM PRIMITIAS  
HVMILITER OFFERT


*SIMVLQVE*

SE SVAQVE LITTERARVM STVDIA OMNI ANIMI DEMIS-  
SIONE COMMENDAT

AVCTOR ET RESPONDENS.



VIRI  
MAGNIFICI, ILLVSTRES,  
MAXIME GENEROSI, EXCELLENTISSIMI,  
CONSULTISSIMI,  
DOMINI AC PATRONI SVMMA OBSER-  
VANTIA COLENDI.

um omnia in VOBIS summa sint, de-  
uotamque omnium admirationem fa-  
cile in se conuertant; tum hoc sane  
prorsus eximium atque singulare est, nec dignis  
vnquam praedicari potest laudibus, quod non  
tantum indefessa cura et salutari prouidentia  
Rempubicam gubernatis, sed etiam inter tot  
belli sudores felicissimo cum successu decus at-  
que existimationem eiusdem indies insigniter  
augetis. Testantur hoc Orphanotrophaeum,  
paucis abhinc annis a VOBIS exstructum, Opus  
Praestantissimum! saluberrimaque eius institu-  
ta.



tâ. Testantur Viae Publicae, quae ob maximam eundi vehendique commoditatem multas antecedunt. Testantur multae aliae constitutiones utilissimae, Politiam spectantes.

Sed non minora sunt VESTRA, PATRES CONSCRIPTI, erga rem litterariam merita. Nam humanitate VESTRA incredibili et benignitate omnes bonos ad virtutem et eruditionem nauiter contendentes, ad praeclara quaeuis audenda mirifice excitatis. Quae res facit, vt sub auspiciis VESTRIS prudentissimis litterarum studia magis magisque efflorescant; ita, vt iam in Ecclesia aequae, ac in Curia, Viri tum meritorum grauitate, tum doctrinae praestantia, excellentes passim celebrentur, vt denique omnes, quibus patriae, cui nati sumus, seruire animus et voluptas est, in VOBIS, MAECENATES, certissimam spem ac fiduciam possint collocare.

Accipiatis itaque, REIPUBLICAE PROCERES SPLENDIDISSIMI, solita, hoc est, serena fronte, has pagellas, tenues quidem, sed tamen ILLVSTRIVM NOMINVM VESTRORVM cultum testantes, meque in eorum numero esse patiamini, qui vnice Patriae sese viuere, Eidemque quomodocunque inseruiendi cupidissimos esse, profitentur.

Quod



Quod superest, Deum immortalem ardentissimis precibus nunquam non implorabo, vt, **VOBIS, PATRIAE PATRES BENIGNISSIMI**, vegetas corporis animique vires, largiatur, Vosque quam diutissime saluos atque incolumes, florere iubeat. Sic enim sub sapientissimo **VESTRO** regimine iustitia illaesa semper vigeat, verus atque illibatus bonarum artium perstabit honor, omnia denique, quae ad publicam salutem prouehendam faciunt, felicissime succedent. Ita etiam, vt spero, futurum est, vt, **VESTRA MAECENATES OPTIMI**, benignitate mihi et in posterum frui, et firmissimum fortunarum mearum praesidium post Deum a **VOBIS** expectare liceat

**ILLVSTRIVM ET AMPLISSIMORVM  
NOMINVM VESTRORVM**

*scrib. Erlangae mense Octobri*

**A. R. S. MDCCLXII.**

cultori obseruantissimo et obsequiosissimo,

**IOHANNI DIETERICO SCHMIDTIO.**





**OBSERVATIO I.**  
**Grauiſſima commiſſi adulterii indicia**  
**ad diuortium ſufficiunt.**



**Q**vandoquidem in hac praecipui momenti doctrina Doctores in diuerſas abeunt partes, quibusdam per ſola, licet maxima, perpetrati adulterii indicia illud probari, ob eaque matrimonium diſſolui poſſe, negantibus, aliis, vel grauem ſuſpicionem ad illud aptam eſſe, autumantibus, mediam ego amplector ſententiam, et meam tractationem ita inſtituo, vt primo theſin meam firmis corroborem argumentis, deinde, illa, quae diſſentientes adducunt, recenſeam, tumque ad eadem respondeam.

Notum vero eſt, probationem per actum, quo iudici de 2. facto dubio fit fides, deſcribi, et in artificialem, quae argumentis, ex facti viſceribus ingenioſe erutis, praefumptionibusque abſoluitur, ac naturalem, vbi nulla ſingulari opus eſt arte, qualis fieri ſolet per teſtes, inſtrumenta vel iuriſiurandi delationem, diſpeſci. Nam et prior ſpecies efficit condemnationem, 3. vti tam iure Romano, quam Canonico, demonſtrari poteſt. Ita in l. 2. C. de in lit. iur. veritas etiam argumentis liquidis inueſtigari poſſe dicitur, et ex l. 19. C. de R. V. indicia certa, 4. quae iure non reſpuuntur, non minorem probationis, quam inſtrumenta, continent fidem. Inprimis notanda eſt l. 2. C. de 5. Teſtib.



- Testib.* vbi Imperator Alexander, causam ingenuitatis instrumentis et argumentis defendendam esse, neque solos testes sufficere, ait, imo secundum *l. ult. C. de probat.* vel in causis delictorum, quamuis multi *obl. 1. §. 1. D. de quaestionib.* confessionem rei requirant, indicia indubitata et luce clariora satis est proferri. Similiter *l. 34. C. ad leg. Iul. de adulter.* iubet, in eos, qui accusationem adulterii obtentu consanguinitatis depulerunt, et postea in nuptias consortiumque conuenerunt, feuerissime vindicari, et veluti conuictum facinus confessumque, quae sunt huius legis verba, puniri.
8. Idem, quod de Iure Romano exposui, canonico commo-  
9. probatur. Scilicet in *c. 2. X. de praesumptionib.* refertur prudentia Salomonis, controuersiam inter duas mulieres de partu dirimentis. Vtraque cum vna habitasset, et, infantem viuum suum esse, mortuum vero alterius, contendisset, ille ministris suis, vt gladium adferrent, praecepit, eoque allato hanc sententiam pronunciauit: scindite natum istum, qui viuit, in duas  
10. partes, et date dimidiam eius vni, dimidiamque alteri. **I. REG. cap. III. v. 25.** Verum mulier, cuius erat filiulus vitam agens, commota periculo eius, sic Regem est adlocuta: attende ad me Domine, date huic natum istum, qui viuit, et minime afficite eum morte, altera tamen dixit: neque mihi neque tibi esto,  
11. scindite. Quo facto rem optime expediuit Regem Sapientissimus, foeminae prioris adfectum et commotionem animi attentissime contemplatus, nodumque non, vt Alexander M. Gordium, gladio, sed hisce verbis, admiratione dignissimis, soluit: Date huic infantem, et nolite diuidere, haec enim est  
12. eius genitrix. Ausum tamen adfirmare, hoc probationis genus, quod in inscriptione laudati *cap. 2.* violenta praesumptio appellatur, esse artificiale, nec ex sua natura apodictice certum.  
13. Quidli enim altera mulier non amore materno, sed timore ac reuerentia erga tantum Regem, adfectu communis humanitatis, horrore huius sententiae, quae crudelissima esse videbatur, aut conscientia mala, pudore veritatis et metu vindictae Diuinae adeo commota et perculsa fuisset, vt non amplius gnatum pro suo iactare, sed eum verae matri relinquere vellet?  
Quidli



Quidſi vero iſta, quae infantis diuifionem petiit, eum ſibi re-14.  
linqui, diffiſa, odio alterius vehementiſſimo imbuta fuiſſet, vel  
timuiſſet, eum ab hac peſſime tractatum iri, ideoque, mortem  
puerulo ſolatum, vitam autem onus fore, credidiſſet? Quidſi  
atra bile laboraſſet, nimioque illius deſiderio in eiſdem po-  
tius mortem conſentire, quam eum alteri concedere voluiſſet?  
Exemplum haud proſus abſimile habemus in Margareta, Fri-16.  
derici II. Imperatoris filia et Alberti degeneris coniuge.  
Etenim, cum ea dira perſecutione mariti ſui peſſime moratur,  
premeretur, atque ob inſidias, quas hic vitae ipſius ſtruat,  
liberos deſerere cogeretur, illa, prae dolore mentis non omni-  
no compos, malam filii, Friderici, ſic momordit, vt cica-  
trix, ex vulnere illato reſidua, per omnem vitam maneret,  
iſque inde cognomen Admorſi fortiretur. Add. Fabricii origi-  
gin. Saxon. Lib. VI. p. 590. Ad haec foemina, quae infantem  
diffindi volebat, ſibi haud conſtare videbatur. Primo enim  
ſuum eſſe contendit, eumque retinere cupiuit, deinde, cum  
altera cederet, et, paratam ſe ad relinquendum eundem eſſe,  
oſtenderet, dicta ſua retractauit, et immani exemplo eiſ di-  
uifionem flagitauit, vbi Salomo quoque regulam: variatio,  
ſicuti vbique, ita praefertim in iure, odioſa eſt, firmavit.  
Quare ſapientiſſimum hoc erat indagandae veritatis medium, 20  
tamque acutum, vt cuilibet iudici de vera matre fidem con-  
ciliare poſſet.

Itaque, cum euicerim, generatim ſecundum ius Roma-21.  
num et canonicum probatione artificiali plenam iudici de factio  
controverſo fieri poſſe fidem, neque matrimoniales cauſae de  
hoc praecepto vsquam exemptae legantur, merito ſtatuum  
eſt, indicia grauiffima, ſcilicet ea, quae ipſum quidem adulte-  
rium non probant, ſed magnum eiſ patratum dubium non relin-  
quunt, ad diuortium ſufficere. Ab hiſce differunt leuia, quae  
quandam ſuſpicionem inferunt, quo referre poſſes crebrum  
colloquium cum vxore aliena et tactus impudicos ſimul exer-  
citos, atque grauia, quae maiorem efficiunt, veluti: ſi non ea  
tantum, quae recensui, concurrant, ſed ambo hi obſeratis fo-  
ribus in hypocausto vel cubiculo veriſati fuerint. Sin quis, vti  
habet



habet c. 12. X. de praesumpt. solus cum sola, nudus cum nuda, in eodem lecto iacens, ea, ut testes credunt, mente, ut illum carnaliter cognosceret, multis locis secretis et latebris ad hoc commodis atque horis electis conspectus fuerit, iam non vnum, sed plura adsunt gravissima indicia, quae plenam in causa civili faciunt probationem.

- 24 Eius generis factum Domino Praesidi oblatum est, cum  
 25 ordini Iurisperitorum Vitembergensium adsideret. Tribunus  
 quidam militum foeminam generosae stirpis diuitemque in ma-  
 trimonium duxit, qui iam ante cum famula consuetudinem ha-  
 buerat, idque secundum ea, quae in enarratione facti propo-  
 26 nebantur, confessus erat. Initio coniugii is quidem eam dimi-  
 sit, sed nondum exacto anni spatio domum reduxit, et ad pri-  
 stinam consuetudinem adeo rediit, ut saepius summo mane an-  
 te primum diluculum suo lecto, iuxta lectum vxoris posito,  
 exurgeret, cubiculum famulae, ad quod alius haud patebat  
 aditus, intraret, neque prius, nisi integra hora in eodem trans-  
 27 acta, redux esset. Vix potest ouum similius esse ouo, quam  
 hoc factum simile est facti, quod Pontifex in citato capite 12.  
 28 X. de praesumptionib. proponit. Tribunus ille, vestibus exutus,  
 ex suo lecto se in cubiculum famulae recepit, et ibi integras  
 29 horas mansit. Hanc suspicionem auxerunt concubitus cum ea  
 ante coniugium repetitus, reductio, rixae inter vtrumque con-  
 iugem inde subortae, et iniuriae reales, vxori, multis inter-  
 fertis minis, illatae, ut res funestum exitum habitura esse vi-  
 30 deretur. Proinde, ut mihi Dominus Praefes exposuit, Is, cum  
 de hac causa ad ordinem Iurisperitorum referret, minime  
 dubitauit, de dissolutione matrimonii suffragium ferre, ipsique  
 plurimi huius Ordinis sunt adfensi, donec Adfessoris primarii,  
 qui proxime Leysero successerat, auctoritate permoti, veterem  
 opinionem amplecterentur, hisque cunctis, quamquam grauif-  
 31 simis, adulterium probari negarent. Victus igitur est Dominus  
 Praefes meus non argumentorum pondere, sed plurium suf-  
 fragiis, et inuitis priorem responsi partem, quod mox exhibebo,  
 32 elaborauit. Postea illud cum Purpurato quodam Dresdensi  
 commu-



communicauit, Ipsique, quid de prima quaestione sentiret, aperuit, qui in eius sententiam ire nullus dubitauit.

Sed age, consideremus iam eorum argumenta, quae<sup>33</sup> Domini Praefidis Patruus, L. B. a Wernher, in Enunc. fori hodierni Enunc. 120. siue in T. III. Sel. Obseruat. for. P. I. Obs. 120. recitat. Aiunt, in cap. 12. X. de praesumpt. agi dum<sup>34</sup> taxat de separatione, quae ad thorum et mensam attineat, non de illa, quae vinculum coniugale penitus soluat, et parti innocenti facultatem, nouas inuendi nuptias, tribuat, quod vltima huius capituli verba aperte indicent. Addunt, alias quoque<sup>35</sup> constare, iure canonico ob adulterium nunquam absolutum diuortium, quo ipsum vinculum rumpatur, permitti. c. 1. et 22. c. 32. qu. 7. Etiam si in confesso est, ex doctrina Catholicorum<sup>36</sup> neque ob adulterium pleno diuortio locum esse, Pontifex tamen non ideo concedit separationem, quod fiat solum a thoro et mensa, sed, quae sunt ipsa verba, quod violenta et certa adsit suspicio fornicationis. Quamobrem nequaquam est ambigendum, quin, si secundum canones eorundem perfectum liceret diuortium ob adulterium, Pontifex etiam in istud sententiam laturus fuisset. Adde huc, quod, vti supra demonstraui,<sup>38</sup> is probationem artificialem, quae fit per argumenta et praesumptiones, agnoscat, et comprobet. Imo non iis solum, quae<sup>39</sup> huc transcribere Fratres Pithoei, hae probationes dicuntur ad dissoluendum matrimonium sufficere, sed ipse etiam Pontifex in cap. 12. censet, sententiam diuortii promulgari posse, quo ipso non solum separationem a thoro et mensa intelligit. Nempe, si iure canonico diuortium fiat ob adulterium, effectus<sup>40</sup> matrimonii ciuiles tolluntur, et adultera amittit dotem vel dotalitium c. 4. X. de donat. inter vir. et vxor. quod in separatione a thoro et mensa non contingit. Sed, quoniam coniugium pro<sup>41</sup> sacramenti specie reputatur, neque, nisi morte, penitus dissoluitur, sententiam diuortii in saepe laudato cap. 12. Ille sic temperat, vt maritus facultatem habeat, mortua illa ducendi aliam, muliere sine spe coniugii remanente.

Amplius obiciunt apud Perill. Wernherum, suam sen-<sup>42</sup> tentiam satis iure Diuino firmari, quod ad effectum diuortii nouique



nouique matrimonii ineundi adulterium exigat, Matth. c. V. v. 32. vbi haec verba occurrunt: *ὅτι ὅς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτῆ, παρβύτος λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχεύσαι. καὶ ὅς ἂν ἀπολελυμένη γαμήσῃ, μοιχεύεται*, quod sine copula carnali intelligi nequeat.

43 Hanc opinionem adeo extendit Nob. Dom. a Berger *in Supplem. ad El. proc. matrim. ad thes. 30.* vt neget, ad dissoluendum matrimonii vinculum solum concubitus citra effusionem atque immissionem feminis in vas muliebri sufficere. Exilitimat enim, iure Diuino quemadmodum matrimonium demum per vnitatem carnis effectiue dictam constituatur, sic eodem iure non, nisi per eandem carnis vnitatem, disrupti, quum contrariorum

44 eadem sit ratio. Enimvero modus probandi adulterium ab ipso adulterio probe distinguendus est, cum longe alia quaestio sit, quomodo adulterium committatur, atque haec, quo-

45 modo, idem perpetratum esse, demonstratur. Nam, si actus ipse semper esset probandus, tota probatio artificialis, cuius tamen auctoritas ipsis legibus nititur, corrueret. Id inprimis eueni-

46 ret in adulterio, quod probare per se difficillimum est. Si ergo ex mente Bergeri adulterium immissione feminis constaret, eaque probanda esset, nulli probationi esset locus, nisi ei, quae sit per delationem iurisiurandi, quum testes vix et rarissime, penem in muliebria immissum, nunquam vero, per-

47 ipso latissima, siue periuriis, siue collusionibus, pateret via. Eodem igitur modo, quo probatur concubitus, colligendum est, semen immissum fuisse, cum saepius peculiaris ratio, cur hoc omisum fuerit, deficiat. Praeterea plurium delictorum se reum faceret, qui concubitus fateretur, et immissionem feminis negaret. Absurdissime talem adulterii reum in Ducatu Brun-

48 suicensi defendit aduocatus quidam, dicendo, fontem sedulo, ne semen immitteret, cauisse, atque illud in terram effudisse.

49 Nam, in locum mulctae arbitrariae, quae alioquin in adulterium simplex statuta erat, perpetuam relegationem, et solemnem, appensis de tergo virgis, ex oppido deductionem, substitutam esse, memorat Leyserus in *Medit. ad Pand. spec. 589. medit. 14.*

50 Porro multi Medicorum putant, ipsos concumbentes haud  
raro



raro ignorare, an aliquid feminis immiffum fit. At, pergunt  
 Vitembergenfes, non fequitur: hic vel ille de adulterio fufpe-  
 ctus eft, ergo reuera adulter eft. Multa enim interuenire po-  
 tuerunt, quo minus crimen, cuius gratia ambo clam et remo-  
 tis arbitris conuenerant, actu committerent, vt: fi tempeftiue  
 deprehenfi voto fuo exciderint. Quod vti facile largior, ex-  
 inde modo quoddam, modo graue, non grauiffimum, adulte-  
 rii indicium fuboriri adfirmans, ita mihi cafum paulo aliter  
 formare licebit. Quidfi non tempeftiue atque aliquoties nudis  
 vel folutis feminalibus et fublatis veftibus confpecti fuerint,  
 nonne haec adulterii probatio in caufa ciuili erit admittenda?  
 Neque huc pertinet, quod reponunt, antequam aliquis crimen  
 confeflus vel plene de ifto conuictus fit, illum pro adultero  
 haberi haud poffe, nec diuortio, quod ad vinculum attineat,  
 locum effe. Potest enim reus ita artificialiter conuinci, vt, in  
 caufis priuatorum eius confeffionem expeftari, non fit neceffe.  
 Haudquaquam placet Vitembergenfium fententia, autuman-  
 tium, tali cafu, quo adulterii indicia fe produnt, inquitio-  
 nem, ceu praeciudicalem, caufa diuortii ciuili tantisper fufpen-  
 fa, ex *l. vlt. C. de ord. iudic. aduerfus eonjgem fufpectum infti-*  
*tuendam, atque ad finem perducendam effe.* Illud enim iuris  
 Romani praeceptum non eft vniuerfum, fi quidem ex *l. 1. et iis,*  
*quae fequuntur, C. de ord. cognit. liqueat, concurrente caufa*  
*praeciudiciali et criminali, illam prius effe ordinandam, ac fe-*  
*cundum l. 3. C. de ord. iud. fi criminali prius inftitutae ciuilibus ad-*  
*ingatur, iudex eodem tempore vtramque difceptationem diri-*  
*mere queat.* In corpore iuris Romani, quod edidit Simon van  
 Leeuwen, male verba: eorum tempore, funt pofita, vnde ap-  
 paret, neque haec exemplaria mendis fuis carere. Quaedam  
 etiam habet *l. 2. C. Theod. ad L. Cornel. de falſ. vnde exorta eft*  
*l. pen. C. ad L. Cornel. de falſ. vbi caufa ciuilibus ante criminalem eft*  
*terminanda. Add. l. 4. D. de publ. iud. l. vn. C. Quando ciu. actio*  
*crim. praeciud. Cuiac. Lib. 20. Obferuat. cap. 25.* Deinde magna in-  
 iuria fieret coniugi innocenti, quem tenet defiderium libero-  
 rum procreandorum, fi is aegre fe continere poffet, atque ta-  
 men longae inquitiois euentum expeftare cogere, quod  
 B  
 ipfi,



62 ipsi, illicitos in amplexus ruendi, praeberet occasionem. Denique contingere potest, ut in criminali causa reus adulterii absoluat, qui tamen in civili artificialiter et plene convictus est, siquidem de illa sententiam fouet, confessione demum plenam efficit probationem.

63 Sed iam examinemus argumenta Nobilis Domini a Berger, in *Supplem. ad El. proc. matrim. p. 153.* immisionem feminis in concham muliebrem ad dissolutionem matrimonii desiderantis, ubi quidem is in *Oec. iur. Lib. I. Tit. III. th. 2.* fatetur, usum fori hac in re sibi eadem ratione, ut in probatione adulterii, aduersari. Ait is, iure diuino matrimonium demum per unitatem carnis effectiue distam constitui. At Praefes in *dissert. de recta sponsal. de praesenti et de futuro applicat.* Vitembergae a. 1759. habita, th. V. demonstrat, iure Mosaico consentium de matrimonio ineundo suffecisse, quod in nouo foedere repetitum esse plurimi Patrum ecclesiae censent. Vbi vero in sacro codice ad constitutionem matrimonii immissio feminis requiratur, is nusquam ostendit. Quamquam enim in concubitu eadem consequi debet, neque citra aliud crimen praetermitti potest, tamen, unitatem carnis per solam eius copulam induci, ipsa rei natura indicat. Distinctio vero, quam sibi fingit Bergerus, adhaesionis simplicis ab adhaesione effectiue, sine cum immisione feminis, facta, nec verbis Testamenti, nec 68 argumento solido nititur. Apostolus Paulus *1. Cor. VI. 16.* sine ullo ait discrimine, eum, qui per concubitum coniungitur meretrici, fieri vnam vxorem: *ἡ οὐκ διδάται, ὅτι ὁ κολληόμενος τῇ πορνῇ, ἐν σωμα ἓστιν. Ἐσονται γὰρ φωνῆ, ὡς δύο εἰς σαρκα μιαν*, ubi ipsa verba, sola vtriusque sexus coniunctione unitatem induci, 69 euincunt. In illa vero adhaesione imissionem feminis et sanguinis commixtionem supponi, merito dubitat L. B. a Wernher, in *Sel. Obseru. for. T. I. P. III. Obs. 30. n. 92.* hisce vsus verbis: *Saltem illi, qui artem medicam faciunt, aut physicos se profitentur, haud concedent, adhaesionem absque feminis communicatione intelligi non posse, nec dubito, plerosque fore, qui tunc ad finem spectare adhaesionem 70 dicant, si consummatio per feminis immisionem fiat.* Certe Nob. Dom. a Berger ipse magna ex parte subruit distinctionem suam, in concubitu



concubitu feminis immissionem, tanquam ordinarie contingentem, supponendam esse, arbitratus. Ita tandem prolabere-71  
mur in errorem Iudaeorum, qui vnitatem de prole, per vtrum-  
que parentem formata, accipiunt, de qua agit Seldenus in *iure*  
*nat. sec. disc. Ebr. Lib. 5. cap. 2.* Iam sic argumentatur Perillus-72  
Bergerus: quemadmodum matrimonium per vnitatem carnis  
constituitur, ita non, nisi per eandem, dirumpitur, quam  
contrariorum eadem sit ratio. Quamuis vltima haec verba-73  
concedam, non eundem tamen semper esse constituendi et dis-  
soluendi modum, iura nostra cum in aliis, tum in matrimonia-  
libus, rebus abunde testantur. In c. 6. 7. et istis, qui sequun-74  
tur, c. 27. qu. 2. coniuges Augustinus, Isidorus et Gregorius;  
appellant a prima desponsationis fide, quis vero putabit, solo  
consensu contrario rursus dissolui matrimonium? Deinde con-75  
cubitu absque animo matrimonium contrahendi hoc non perfici-  
tur, sed adulterium per solum concubitum cum alio, quam  
cum coniuge, perpetrat, qui nequaquam animus, prius tollendi  
matrimonium, habet. Etsi concubitus prohibitus immissio-76  
ne feminis caret, ideoque aliud delictum, nempe Onaniticum,  
admissum fuit, fides tamen conjugalis rupta est, hocque deli-  
ctum peccanti prodesse, et coniugi innocenti, diuortium pe-  
tenti, officere nequit.

At, quanto seueriorem se praebuit Perill. Bergerus in 77  
admittenda adulterii probatione, tanto remissiorem se gessit  
Leyserus, cuius sententias in causis diuortiorum latas saepe-  
numero correctas esse audiui. Quis ferre potest huius leuita-78  
tem in *Medit. ad Pand. Vol. V. p. 304.* dicentis: *Praestaret professio,*  
*indiciis laxius etiam, quam hucusque habuerunt, arbitrium permitti,*  
*ut ex verosimilibus coniecturis diuortium decernere possent. Coercerentur*  
*ita, qui nuncdum summam probationis difficultatem norunt, quotidie, sed*  
*saltem caute peccant, adulteri adulteraeque, ac desinerent forte peccare,*  
*si scirent, se etiam ex indiciis mediocribus damnari posse. Nonne ve-79*  
*ro matrimoniales causae maxime sunt arduae, et in sacro codi-*  
*dice grauius interdictum est, ne matrimonia soluantur? Non-*  
*ne temerarium esset, ex indiciis mediocribus et quodammodo*  
*verosimilibus diuortia properare? Facili quoque negotio hocgo*  
B 2  
refellitur



refellitur ex c. 12. X. de praesumpt. vbi Pontifex violentam et certam adulterii suspicionem praescribit. Magis vero miror, illustrem Virum a Leyser prouocare ad Matth. Euang. V. 28. in quo, adulterium etiam per concupiscentiam committi posse, dicitur, vbi is verba: *ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ* silentio praetermisit, quasi exinde inferri posset, adulterium solo animo ita committi, vt in foro humano sit puniendum, vel diuortium decernendum. Male igitur ille existimat, ex hoc loco verba eiusdem Euangelii V, 32. *παρεκτός λόγου πορνείας*, et XIX, 9. *εἰ μὴ ἐπι πορνείᾳ*, explicanda esse. Etenim in illo Seruator duntaxat loquitur, quatenus id animo committitur, in his vero de adulterio, propter quod diuortium permittitur, vbi praeter dimissionem vero concubitu cum alio opus est, quod Christus verbis: *ναὶ γαμήσιον ἄλλῳ*, monstrat. Ceterum prima pars Responsi, a Domino Praefide mense Ianuario anni 1753. compositi, haec est:

Zuf vorstehende Speciem facti, und angehängte 5. Rechtsfragen, mit denen sub Lit. A. et B. angeschlossenen Beilagen, Erwachten 2c. und zwar anfänglich auf die erste Frage, in Rechten ergründet. Hat eine Frau vom Stande, nahmens Sempronia, nach erwichener und sub Lit. A. beygefügter Ehestiftung, sich im Sommer abgewichenen 1751sten Jahrs an den Obristen von Z. verheyraethet, und ihm, sowohl vor Vollziehung der Ehe zu Erlangung des Obristen Characters, als hernach während der Ehe, zu Bezahlung seiner Schulden von ihrem Vermögen über 13000. Rthlr. zugewendet. Es hat sich aber zwischen ihnen ein Misverständnis geäußert, dessen Haupt Ursache von desselben bedenklichem Umgange mit seiner schon vor der Ehe gehaltenen Köchin herrühret, deren Gebrauch zur Beyschläferin er der Semproniae allbereit vor dem Beylager gestanden, jedoch ihre Abschaffung versprochen, sie auch endlich, auf viele schriftliche und mündliche Vorstellung, in dem Monath November angeregten Jahrs zwar von sich und in eine benachbarte Stadt gethan, aber bald darauf nach Weisnachten wieder zu sich holen lassen, und den verdächtigen Umgang mit ihr fortgesetzt. Indessen hat gedachter von Z. gegen seine Gemahlin verschiedene ehrenrührige, mit Flucken und Sacramentiven begleitete, und zum Theil in der specie facti erzählte, Re-

den



den ausgestossen, ist, als sie ihn einmahl zur Abendzeit an die Anschaffung der in angezogener Ehestiftung ihr verheissenen Versicherung erinnert, ungeachtet sie auf seine abermaligen Schimpf-Worte gelassen, und ohne dagegen etwas anzügliches vorzubringen, grantwortet, vom Stuhle aufgestanden, hat sie an ihren, in der Stube stehenden, Silber-Schrank gerennet, ingleichen selbige an die Wand unter starken Drohungen gedrängt, und ihr die gebalte Faust vor das Gesicht gehalten, endlich aber ihr den Sonnabend vor Pfingsten des 1751sten Jahrs eine förmliche Ehescheidung angetragen, und sich von solcher Zeit an des Tisches, Bettes und allen ehelichen Umgangs mit ihr, gänzlich enthalten, welches, nebst der von ihm besorgten Unsicherheit, und Zerstreung ihres Vermögens, die Schliessung des sub Lit. B. beygefügeten Separations-Recesses, und die darinnen von beyden Theilen beliebte Aufhebung der Ehestiftung, jedoch gegen Aufseherung besagter ihm zugewanten, und über 13000. Rthlr. betragenden Capitalien, veranlasset; Daber derselbe, des Nichten belehret zu werden, <sup>86</sup> begehret, ob zur rechtsgegründeten Vermuthung eines Ehebruchs genug sey, wenn eine Frau ihren Ehemann im Winter früh um 4. Uhr aus seinem, neben dem übrigen geschlagenen, Bette aufstehen, und in die Cammer, worinnen die Person gelegen hat, mit der er, nach seinem eigenen Geständnis, vor seiner Verhehlung zugehalten, aus welcher Cammer gleichwohl kein anderer Ausgang befindlich ist, hinein gehen, und binnen einer ganzen Stunde nicht heraus kommen sehen, besonders wenn dergleichen nächteliches Aussteigen wohl zu 10. bis 20. mal erfolgt ist? nach mehrern Inhalt des Uns zugeschiedten Berichtes.

Ob nun zwar 1.) der Gebrauch einer Weibs-Person zur Bey- <sup>87</sup> schläferin vor der Ehe, 2.) deren nachherige Zurückholung, 3.) die daher zwischen denen Eheleuten entstandene Uнемigkeit, 4.) das nächteliche Aussteigen aus dem Bette, und 5.) der Besuch erwehnter in der Cammer gelegenen Weibs-Person, auch 6.) das bey ihr zu ganzen Stunden beschriebene Verweilen, ziemliche Vermuthung eines begangenen Ehebruchs machen, und, nach Leyseri in *medit. ad Pand. spec.* 313. d. *divort. ob adulter. med. r.* Meinung, der starke Verdacht des Ehebruchs zur völligen Scheidung hinlänglich ist, im Gegentheil Bergerus in *El. proc. matrim. f. 30. et Suppl. p. 173.* Gonzalez Tellez *ad e. 12. X. d. Praesumpt.* Dafür halten, es könne nicht darauf erkant wer-



den, woferne nicht die Consummatio, per feminis immissionem facta, gewis dargethan würde, andere aber solam copulam carnalem, cum alio, quam coniuge, exercitam zur bölligen Eheſcheidung für ausreichend ansehen, Wernh. in *Sel. Obseru. for. P. I. obs. 47.*

88 Die weil aber, nach einiger Meinung, vermöge des Juris canonici, c. 12. X. d. *praesumpt.* auch nur zur Scheidung von Eisch und Betete *Praesumptiones fortissimae* und *proximae*, *ut viderint testes adulterum solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto iacentem, ea intentione, ut eam carnaliter cognosceret, multis locis secretis, et latebris ad hoc commodis, et horis electis*, nöthig sind, und die Protestanten zur gänzlichen Ehe-Scheidung zum theil den Beweis des Beuschlafs selbst, zum theil wenigstens derer actuum proximorum und immediatorum erfordern, Boehm. in *iur. eccles. protest. lib. IV. Tit. XIX. §. 7. seqq.* von welchen actibus auch, als: daß die Ehebrecherin die ledige Person in des Ehegatten Abwesenheit 3. Nächte bey sich gehabt, und mit solcher in einem Bette gelegen, das bey Bayern in *addit. ad Carpzou. Iurispr. consist. lib. 2. definit. 189.* befindliche Responsum redet, dergleichen aber das bloße Gehen in die Cammer, und der Darinnen erfolgte Aufenthalt von einer Stunde, noch nicht machet,

89 So sind die angegebene Umstände zum Beweis des wirklich verübten Ehebruchs nicht hinlänglich.

### OBSERVATIO II.

Super indicis adulterii grauissimis ad effectum dissolutionis iusiurandum deferri potest.

I Diuortium plenum ne ob adulterium quidem licitum esse, Catholici statuunt, auctoritatem Augustini, idem in *serm. 2392. Tom. V. oper. secund. edit. Paris. p. 1503. sentientis, secuti. Id in concilio Tridentino Sess. 24. de Sacramento Matrimonii can. 7. tam grauius est inculcatum, ut dissentientes anathematis fulmine recte censent Protestantium sacris addicti propter clara Seruatoris nostri verba, quorum in superiore Obseruatione mentionem feci. Haec vero ita interpretanda esse putat Engelius in *colleg. iur. can. Lib. IV. Tit. XIX.**



XIX. n. 9. vt illa exceptio fornicationis vxoris referatur tantum ad verba praecedentia, ne scilicet liceat dimittere vxorem, excepta causa fornicationis, non autem ad verba subsequentia, quasi insuper ob causam fornicationis aliam ducere liceat, addens, eandem explicationem a Sancto Thoma in 4. p. dist. 35. quaeft. vii. et Scholasticis adhiberi. Sed certum est, Pharisaeis, 5 apud Matthaeum Christum interrogantibus, non de separatione quadam, sed de absoluto diuortio, sermonem fuisse. Quod ergo ex Ipso quaesitum fuerat, de hoc, videlicet de pleno diuortio, Idem respondit, quod voces: ἀπολυσις et ἀπολειμενην, omnem dissolutionem significantes, confirmant. Postea Christus ait, per solam iniultam matrimonii dissolutionem nondum admitti adulterium, sed a dimittente ansam praebere, vt iniuste dimissa, alii nubens, illud perpetret, vel ab ipso dimittente idem patrii, quamprimum aliam ducat, ποιησάτω μοιχεύσαι, και γαμήση άλλην, μοιχεύεται. Matth. V, 32. XIX, 9. Angelus En- 7 gelius se refert ad Apostoli Pauli verba in 1. Cor. 7, 10. τοις δε γεγαμηκοις παραγγελλω ουκ εχω, αλλ' ο κυριος, γυναικα απο ανδρος μη χωρισθηναι, εαν δε και χωρισθη, μαντω αγαμος, η τω ανδρι παταλαγητω. Existimat igitur Angelus, prioribus verbis: praecipio, 9 vxorem a viro non discedere, loqui Apostolum de discessu iniulto, posterioribus: Sin discesserit, maneat innupta, aut viro reconcilietur, de discessu iusto, scilicet ob causam fornicationis, quem discessum Christus dicto loco permiserit, alioquin Apostolum, si in posterioribus quoque locutus fuisset de discessu iniulto, non potuisset dare optionem vxori, vtrum vellet innupta manere, aut viro reconciliari, sed simpliciter debuisse iubere, vt ad virum reuerteretur. Enimvero tenendum est, 10 hic occurrere duntaxat vocem: χωρισεν, separare, de qua separatione eadem verba etiam intelligit Polus in *Synopsi criticorum* Vol. IV. p. 407. edit. Londin. deinde a Paulo nullam prorsus fieri mentionem adulterii et diuortii ex eo concedendi, tum separationem illam ex aliis causis, nempe insidiis vitae structis similibusque contingere potuisse. Nam, cum diuortia vel ex causa diffidiorum licerent, Apostolus ob ea soli separationi locum relinquit, vt aut innupta maneat, aut marito reconcilietur, vbi



vbi non omnino expeditum est, foeminae simpliciter electionem  
 12 esse permissam. Tandem instat Engelius, opinatus, si propter  
 adulterium dissolueretur coniugium, aperiri ianuam infinitis repudiis, et coniugi, qui liber esse cuperet, nihil opus esse, nisi  
 adulterio committendo, sic eum ex delicto suo commodum reportare, atque ad alias nuptias transire posse, quae cuncta fa-  
 13 cillime refelluntur. Etenim, quemadmodum adulteriis per leges ciuiles duri obices poni, et diuortia ex iis oriunda impediri queunt, ita in Protestantium terris infinita ista repudia, quae is sibi propter adulterium fingit, non inuenimus, nec  
 vbi que coniugi adultero nouae nuptiae conceduntur.

14 Quapropter satis probaui, totum diuortium ex causa adulterii permissum esse, cui sententiae Graeci quoque fauent, et, vt non dissimulat Espenius in *iure eccles. p. 2. tit. 15. cap. 1. §. 22.* ex ipsis Catholicis quidam ad stipulati sunt, neque minus in priore obseruatione docui, indicia grauissima ad illud probandum sufficere, quocirca de his quoque iusiurandum deferri potest.  
 15 Equidem c. vlt. X. de transact. prohibet, contra matrimonium transigi, et haec delatio videtur aduersus illud pugnare, quoniam actio ad dissoluendum coniugium est instituta, quae res multos turbauit Doctores, vt saepe putarent, factam esse delationem contra matrimonium, vbi iusiurandum pro eodem delatum est, et Bastinellerum, qui tunc Praefes erat ordinis Iurisconsultorum Vitembergensium, mouit, vt, responso huic addenda esse censeret verba: certo modo, in geuiffen  
 16 Wasse, quae vero potius erant omittenda. Nam hic non respicitur ad solam delationem, sed ad praestationem iurisiurandi, quae demum speciem transactionis efficit. Proinde, si vxor, ad diuortium agens, de adulterio iusiurandum deferat, atque reus illud praestet, non habet dubitationem, quin delatio facta sit pro matrimonio, quia per praestationem iurisiurandi connubium conseruatur. Quamobrem Nob. Dom. a Berger in *Supplem. Elector. proc. matrim. ad th. 30. n. 2. p. 156.* recte adferit, illud in causa adulterii reae ab actore deferri posse, et memorat, eo dato ream per sententiam, eodem die publicatam, ab instituta diuortii actione absolutam esse. Equidem Griebnerus  
 in



in princip. proc. indic. Lib. 2. cap. 3. n. 5. monet, doctrinam hanc, qua iusiurandum contra matrimonium deferri nequit, magis vsu fori, quam lege, niti, sed aliud sine negotio ostenditur. Delatio iurisiurandi in l. 2. D. de iurei. diferte in transactionum<sup>20</sup> numero ponitur, hocque iure canonico comprobatur, alio autem in loco, nempe in c. ult. X. de transact. omni transactione, ideoque similiter iurisiurandi delatione, aduersus coniugium, interdicitur, cuius capitis verba haec sunt: poteris etiam ad componendum interponere partes tuas, et interdum aliquid seueritati detrabere, prout (statu imperii, et excedentium multitudine, prouide pensatis) videris expedire: exceptis nimirum casibus, qui compositionis, seu dispensationis, remedium non admittunt, vipote coniugii sacramentum, quod cum non solum apud Latinos et Graecos, sed etiam apud fideles et infideles existat, a seueritate canonica circa illud recedere non licebit. Profertur haec doctrina a quibusdam ad sponsalia, sed aduer-<sup>21</sup> sus haec lex Electoralis Saxoniae, videlicet Decis. Nouiff. XXXII. permittit delationem, si alia plena probatio commode haberi nequeat: Wenn aber sponsalia publica celebrivet worden, und zu einem völligen Beweis anderergestalt nicht süglich zu gelangen, soll die Eydts Delation darüber in Zukunft vor unzulässig nicht gehalten werden.

Satius tamen agunt ii, penes quos opinionem fouent,<sup>22</sup> in diuortii causa ipsum adulterium probandum esse, si de indicis, non ipso concubitu, iusiurandum deferant. Ita enim eue-<sup>23</sup> nire potest, vt, si reus ea negare nequeat, eademque sint grauissima, ac maiorem, quam semiplenam, efficiant probationem, actor ad iurandum in supplementum admittatur. Add. L. B. a Wernher sel. Obs. for. T. I. P. III. Obs. 90. Quae cum ita<sup>24</sup> se habeant, relatio iurisiurandi in causis matrimonialibus prorsus cessat. Nam, cum ea deficiat, si delatio rite facta haud sit, consequitur, si iusiurandum delatum sit contra coniugium, de relatione istius quaeri non oportere. Sin facta sit delatio pro<sup>25</sup> matrimonio, relatio tamen rursus locum non habet, siquidem et haec speciem transactionis continet, atque contra matrimonium fieret, praeterea illa ad facta referentis rei propria, vel ad minimum ea, quae ipsi cum socia adultera communia essent,

C

specta-



26 spectaret. Vberius haec illustrantur secunda parte Responsi, quae talis est:

27 Zum andern will derselbe wissen, ob dieses Vorgeben alsdenn einen hinlänglichen Beweis abgebe, wenn die Obristin von Z. in künftiger Klage den Eyd hierüber deferiret, der Ehemann aber ihn referiret, und sie selbigen, nebst dem für Befehrd, ableget, oder auch solches vor Gerichte eydlich bestärket?

28 Wenn nun schon obausgeführter massen sothanes Vorgeben, das ferne es auch erwiesen wird, die völlige Ehe-Scheidung nicht jurwege bringen mag, und die Eydes-Delatio darüber nicht soviel releviret, sondern diese über die Verübung des Ehebruchs selbst geschehen muß, dieselbe aber nach dem iure canonico nicht statt zu haben scheint, weil sie eine species transactionis ist, c. 7. X. d. sentent. et re iud. wider die Ehe zu transigiren in dem c. vit. X. d. transact. verboten, und in gegenwärtiger Sache es das Ansehen gewinnt, als wenn die Delatio wider solche unternommen würde, ferner in mehrberührtem päblichen Rechte und dessen

29 c. 8. X. d. diuort. desgleichen in dem Concil. Frid. sess. XXIV. c. 7. die vötlige Ehe-Scheidung so gar bey ausgeübtem Ehebruche untersaget ist, nächst dem Sempronia den verdächtigen Umgang ihres Ehemannes mit ermelter Weibes Person schon vor der Ehe gewußt, und aus dem Necessite sub Lit. B. eine Collasio von denen Eheleuten, welche mit einander die getroffene Ehe aufheben wollen, zu schliessen seyn möchte, bey so gestalten Sachen weder die eydliche Bestärkung ostberührten Vorgebens, noch die Eydes-Delatio, als welche ohnedies das eigene Factum des Obristen von Z. beträße, und unzulässig wäre, arg. l. 34. §. 8. D. d. iure. Lauterbach. colleg. theor. pract. ad eund. Tit. §. 68. Carpouz. p. 1. c. 14. definit. 10. etwas würket,

30 D. a. das päbliche Recht, indem es die völlige Ehe-Scheidung wegen des Ehebruchs verbietet, die Meynung, daß die Ehe ein Sacrament sey, heget, c. vn. d. voto. in 6. c. 7. X. d. diuort. und sothanes Verbot mit dessen unzulänglichem Grunde bey denen Protestanten dahin fällt, vielmehr diese sich auf Christi Worte, Matth. cap. V. v. 32. cap. XIX. v. 9. gründen, weiter, wenn Sempronia ihrem Ehe-Gemahl den Eyd über den Ehebruch deferiret, solches (in gewisser Masse) transactio pro matrimonio ist, in mehrerer Erwägung, daß nicht die Eides-Delatio allein, sondern mit der erfolgten Eides-Leistung die Transaction ausmache,



mächet, und, wenn derselbe schwöret, die Ehe bey Kräften erhalten wird, Carpzou. *in Iurispr. consist. Lib. III. Definit. 44.* Menck. *tract. synopt. proc. Tit. XVIII. §. 8.* denn, im Falle die in der Specie Facti und ersten Frage vorkommende Umstände erwiesen werden, die Collatio ihren Abfall leider, und die Eides-Delatio in allen Civil-Sachen, auch famosen, geschehen mag, dahero das *c. ult. X. d. iurei.* von peinlichen Processen angenommen wird, Boehm. *in Iustit. iur. cau. Lib. II. Tit. XXIV. §. 13. lit. 2.*

So giebt zwar obbesagtes Vorgeben, mit der vorhabenden Eides-Delation, keinen genugsamen Beweis ab, daferne aber Semproniz solches und die übrigen Umstände durch Zeugen erweislich mächet, und ihrem Ehemanne über den Ehebruch den Eid deserviret, so kan daraus ein satzfamer Beweis erfolgen.

## OBSERVATIO III.

Diuortium non est permissum, nisi ob  
adulterium et malitiosam desertionem.

Quamquam pro hac sententia propugnant dilucida Ser. r  
natoris nostri et Apostoli Pauli verba, eadem tamen a multis  
in dubium vocatur, quocirca illam primo certis confirmo  
rationibus, et deinceps argumenta aduersariorum remoueo.  
Conscenderat montem Redemptor, et elocutus fuerat ad popu- 2  
lum: Dictum est autem: Quisquis dimiserit vxorem suam,  
det ei libellum discessionis. Ego vero dico vobis: Quisquis  
dimiserit vxorem suam, extra causam scortationis, facit eam  
moechari: et quisquis dimissam duxerit, moechatur, Matth.  
V, 31, 32. Ergo Christus non tractauit controuersiam sectae 3  
Schammaeanorum et Hilleliorum, quorum illi ob solam turpi-  
tudinem stricte dictam diuortio locum reliquerunt, hi quam-  
libet pro iusta reputarunt, sed tantum ad verba Mosis *Deuter.*  
*V, v. 1.* respexit. Ergo Christus non, vti putat Stryk. in *Vsu* 4  
*Pand. mod. §. 28. Tit. de Diuort. et repud.* seu potius vnus ex  
duobus, illustri Boehmero et Iacobo Friderico Ludouici, qui  
duas partes posteriores huius Pandectarum vsus composuere,  
enunciauit: ego in contentione de causis diuortii adsentior  
C 2 Scham-



Schammaeanis, sed haec effatus est: *εγω δε λεγω υμιν*, significans, se propria et ab vtraque opinione diuersa proferre verba. Merito colligendum est, quosdam ex illa hominum multitudo, qui Seruatorem nostrum audierant, praecepta eius ad Phariseos detulisse, quare hi ad eundem accesserunt, tentantes et interrogantes, an liceret marito vxorem ex quavis causa dimittere. Matth. XIX, 9. Add. Spencer de *Legib. Hebr. ritualib. Lib. III. diss. 1. cap. 1. p. 784.* Duplices igitur laqueos ipsi tetenderant Pharisei. Nihil enim relinqui existimauerant, nisi vt aut omnes diuortii causas, excepta sola adulterii, reprobaret, quod Ille iam antea declarasset, sic vtramque sectam ab Eodem offensum iri, aut quasdam admitteret, sic inimicos ipsi fore Hillelios, qui gratia apud populum multum valebant. Illud enim non est verisimile, hanc quaestionem ea mente Christo a Phariseis propositam esse, vt de lite, inter ipsos agitata, cognosceret, eamque decideret, quod ex parte sentire videtur Stryk. *l. c. §. 12.* Neque soli Schammaeani, vel Hillelii, Christum adiisse leguntur. Verum enimvero Ille ad antiquissimas leges et tempora prouocauit, quibus matrimonium haudquam solui poterat: Non legistis, opificem ab initio fecisse masculum et foeminam, et dixisse, propterea derelinquet homo patrem et matrem, et adglutinabitur vxori suae, et, qui duo fuerant, erunt vna caro. Itaque non amplius sunt duo, sed vna caro, quod ergo Deus coniunxit, homo ne seiangat. Cumque ad ista reponerent Pharisei: cur ergo Moses mandauit, dare libellum discessionis, et eam dimittere? Respondit eis Iesus: pro duritia cordis vestri permisit vobis Moses, dimittere vxores vestras: a principio autem non fuit ita. Duplici ergo modo diluit eorum obiectionem Seruator, ostendens, id a Mose non praeceptum, sed duntaxat permissum esse, et quidem propter duritiam cordis Iudaici, quod ex longiori eorum matrimonio faeuitiae, insidiae vitae similesque calamitates, essent metuendae. Tunc praeceptum, in cap. V. traditum, repetiit: Dico autem vobis, quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob scortationem, et aliam duxerit, moechatur, et qui dimissam duxerit, moechatur, quo ipso Is causas antea recensitas



fitas faeuiliarum, infidiarum vitae, reiecit. Longe aliter se<sup>16</sup> res habet cum adulterio. Quemadmodum enim per concubi-  
tum coniux adglutinatur coniugi, et, qui duo fuerant, vna ca-  
ro fiunt, sic illa vnitas per ipsam rei naturam et principium  
contradictionis subsistere nequit, sed eam dissolui necesse est,  
simul ac coniux cum alio, quam coniuge, concumbit. Ipsi Li-<sup>17</sup>  
beratoris discipuli, qui praesentes fuerant, et dicta eius opti-  
me perceperant, adstipulantur huic sententiae, dicentes Matth.  
V, 10. Si tale negotium est hominis cum vxore, non expedit,  
vxorem ducere, ideoque haec inuuentes: si matrimonia tam  
firma et perpetua esse debent, vt ex nulla causa, nisi adulterii,  
dissolui possint, non conducit, coniugium inire. Hisce Is ad-<sup>18</sup>  
dit verba: non omnes capiunt verbum hoc, sed ii, quibus da-  
tum est. Comprobat haec vsus ecclesiae primitiuae, demon-<sup>19</sup>  
strans, dissolutioni solum ex causa adulterii et malitiosae de-  
sertionis locum fuisse, de quo vid. Minucius Felix p. m. 327.  
*edit. Gronou. et Iustinus Martyr. apol. 1.*

Quae cum ita sint, non intelligo, quid illustris Boeh-<sup>20</sup>  
merus in *iuve ecclesi. protest. Lib. IV. Tit. XIX. §. 26.* et alii ex ver-  
bis: *παρεκτος λογου πορνειας*, exculpere velint, quasi huc omnia  
pertineant, quibus aequae, vt per fornicationem, fidei coniugali  
clades insignis infertur, seu quae habent rationem fornicationis.  
Nam et haec significatio nimis vaga est, atque ad multa<sup>21</sup>  
protendi posset. Deinde, si Christus plures admittere voluisset<sup>22</sup>  
causas, illas procul dubio expressurus fuisset. Tum vox του<sup>23</sup>  
*λογου* saepius causam tantum, siue negotium cuiusdam rei, de-  
notat, qualia exempla occurrunt *Actor. X, 29. XIX, 38.* Quin<sup>24</sup>  
etiam, cum Pharisei Christum interrogassent, an ex quauis  
causa repudiare liceat vxorem, Is, ad quod praesertim est  
attendendum, de industria omisit vocem της αιτιας vel του λογου,  
et absolute respondit, hoc non licere, nisi ob adulterium,  
ει εξεση ανθρωπου, απολυσαι την γυναικα αυτου κατα πασαν αιτιαν.  
Οτι ος αν απολυση την γυναικα αυτου, ει μη επι πορνεια Matth. XIX. 3, 9.  
Nobilis Dom. a Berger in *supplem. El. proc. matrim. ad thes. 30.25*  
putat, vocem του λογου adiectam esse, vt indicet fornicationis  
consummationem. Oleum et operam perdidit Seldenus in libro<sup>26</sup>  
C 3 de



- de vxore Hebr. Lib. III. cap. 23. operose contendens, voce  $\tau\eta\varsigma$   
 27  $\pi\omicron\rho\omicron\rho\epsilon\iota\varsigma$  quamuis turpitudinem intelligendam esse. Etenim illa  
 plerumque, vbi in Nouo Foedere legitur, prohibitum concu-  
 bitum prodit, quod locus ex i. Cor. V, 1. ab eo laudatus, illu-  
 strat,  $\epsilon\lambda\lambda\omicron\varsigma \alpha\iota\upsilon\sigma\tau\alpha\iota \epsilon\nu \upsilon\mu\iota\nu \pi\omicron\rho\rho\epsilon\iota\alpha, \eta\tau\iota\varsigma \epsilon\upsilon\delta\alpha \epsilon\nu \tau\omicron\iota\varsigma \epsilon\delta\upsilon\sigma\tau\omega \dot{\iota}\nu\omicron\mu\alpha$   
 $\zeta\tau\alpha\iota, \omega\varsigma \gamma\upsilon\omega\alpha\iota\kappa\alpha \tau\iota\omega\alpha \tau\omicron\upsilon \pi\alpha\tau\epsilon\rho\varsigma \epsilon\chi\theta\epsilon\iota\nu$ , in quo mentio fit ince-  
 28 stus, suę matrimonii cum patris vxore contracti. Ipse quo-  
 que doctissimus Boehmerus l. c. ait, ne intentioni Christi ad-  
 uersetur, mentem eius explicantes, necesse esse, vt in vlti-  
 tissima, vulgari popularique significatu huius vocis subsistamus,  
 29 qua fornicationem denotat. Nec minore digna sunt memoria  
 verba L. B. a Wernher in *Sel. Olseru. for. T. I. P. II. Oly. 6.* *Nec*  
*que in tanta verborum luce, quibus omnem in hoc argumento extensiuam*  
*interpretationem Christus expresse damnat, rationibus ludere, et aliam*  
*inter verba prae se ferunt, mentem Saluatori assingere, humano ingenio*  
*integrum est. Et metuendum profecto, ne, si hic prurire, et sibi indul-*  
*gere hominibus liceat, pristina tandem diuortiorum licentia redeat, et*  
*sensim introducat. Huic obicem ponere, eandemque intra iustos limites*  
 30 *cohibere Christus voluit, dum solum adulterium exceptit. Lepida igitur*  
*est Leyseri in Medit. ad Pand. Spec. 315. med. 1. in fin. philo-*  
*sophia, autumantis, tunc, quum matrimonii fines causaeque ad-*  
*fuerunt quidem, sed iam cessant, matrimonium non tam dif-*  
*folui, quam naturaliter irritum esse.*
- 31 Non eget refutatione distinctio, quam fingunt Bruck-  
 nerus in *decis. iur. matrim. cap. 16. §. 24.* et Ioh. Mich. Langius  
 in *diff. VI. de Nupt. et diuort. §. 13.* Christum egisse de diuortiis  
 priuata, non iudiciali, auctoritate factis, quasi verba: Quod  
 Deus coniunxit, homo ne separet, ad priuatum hominem, non  
 iudicem hominem, pertineant, et huic, alias diuortii causas  
 32 constituere, integrum sit. Nec maioris momenti sunt, quae habet  
 Strykius, in *Ihu Pand. Mod. §. 40. Tit. de Diuort.* somnians, saepius  
 in dubium vocari posse, an hos Deus coniunxerit, si ex euentu  
 appareat, coniugem coniugi insidias struere, et vnionem mi-  
 33 nime seruare, quam Deus in hac societate inculcauerit. Ab-  
 sonum est eius ratiocinium, hunc in modum elumbe: *unde ne-*  
*scio, an inique dixerit nostrorum Theologorum quidam: Quos diabolus*  
*coniug.*



coniunxit, homo separet. Verbum Domini rite praedicatur, 34  
 etiam si infideles, imo Cacodaemon, illud audiant. Sacrum ba- 35  
 ptisma rite peragitur, etsi infidelis pubes fidem tantum simu-  
 let. Verba ista: quod Deus coniunxit, statuunt, matrimonia 36  
 haud esse disiungenda, non homines ab Ipso immediate con-  
 iungi. Praeterea Satanus, ubi alteruter est pius et sanctitatis 37  
 studet, interuenire nequit, idcirco, si quis diceret, se a malo  
 spiritu coniunctum esse matrimonio, sese hominem nauici pro-  
 fiteretur, et propriam turpitudinem detegeret. Sed inquit 38  
 Strykius in §. 25. et 27. *cum maior ratio sit in insidiis, vitae alterius  
 coniugis structis, merito eodem modo admittendum est in hoc casu diuor-  
 tium, quo Christus illud admisit ob adulterium, violentior quippe videtur  
 esse laesio vinculi matrimonialis per insidias vitae, quam per solum adul-  
 terium.* Ante omnia Strykius attendere debebat ad rationem 39  
 prohibitionis, quam Seruator noster luculenter expressit, sci-  
 licet vnitatis carnis, quam per insidias vitae non resolutum aper-  
 tum est. Quare diuersa sunt adulterium et insidiae vitae, ac is 40  
 memor esse debebat notissimae Logicorum regulae: a diuersis  
 ad diuersa, etsi haec maiora essent, nulla procedit argumen-  
 tatio; praesertim cum ex eadem ratione Christus reliquas  
 causas improbauerit. Deinde insidiae vitae faciunt inchoatum, 41  
 non consummatum, delictum, quod aliter se habet in adulte-  
 rio. Ergo consilium Pauli sequi potest coniux innocens, quo 42  
 aut innuptus manere debet, aut coniugi reconciliandus est.  
 Adseueravit mihi Dominus Praefes, se recordari aliquot eius 43  
 generis facta, ubi vnus coniugum alteri insidiatus est, ambo  
 tamen redierunt in gratiam, et postea diu concorditer vixe-  
 runt. Sane maiora sunt insidiis, vitae coniugis structis, cri- 44  
 mina perduellionis et laesae maiestatis, ubi sceleratus fidem  
 in principem, rempublicam, ideoque in omnes, qui sunt in  
 ista ciuitate grauissime laedit, coniugium tamen, si gratia fiat  
 scelerato, neque hic capitis luat poenam, non dirimitur. Aiunt 45  
 tamen, Apostolum Paulum diuortium quoque in desertione in-  
 fidelis admisisse, 1. Cor. VII, 15. ad quod non ita difficilis est  
 responsio. Cum primis in v. 10. prohibet Ille, ne vxor se a 46  
 marito



marito separet, simul praecipiens, vt, si hoc faciat, inuupta maneat, vel viro reconcilietur, quae verba posteriora de diuortio pleno non agere planum est. Postea Idem ait, si infidelis se separet, non esse feruituti subiectum fratrem aut fororem in huiusmodi rebus, quae verba, fidelem plene liberari, ab eoque nouum iniri posse matrimonium, docent. Paulus enim non vult, desertam manere inuuptam, sed simpliciter verbis vtitur: *ὁ δεδουλωται ὁ ἀδελφός ἢ ἡ ἀδελφή ἐν τοῖς τοιοῦτοις*. At quanam est ratio, cur Paulus nouum tunc permiserit matrimonium? mihi hanc in medium proferre liceat, quoniam ista aetate infidelis a christianis non poterat cogi, vt in coniugio pristino maneret, et ipsi pro ethnicorum institutis procliuē erat, ad aliud connubium vel ad concubinatum proulare, ex hoc ergo maximum concubitus cum alio commissi iudicium nascebatur. Hoc non iniuria adcommodatur ad desertionem malitiosam, vbi animus deserendi est manifestus, nec constat, quo deserens abierit, proinde fortissima existit adulterii admitti praesumptio. Nam eorum opinio exiguum meretur plausum, qui dicunt, Seruatorem nostrum de causa, propter quam facere diuortium liceat, loqui, Paulo autem de casu, vbi quis illud non intendit, sed patitur inuitus, sermonem esse. Imo de vtroque agit Christus, Matth. XIX, 9. dicens, ab illo, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, adulterium perpetrari, et dimissam vxorem, istumque, qui hanc duxerit, moechari, *ποιεῖ αὐτὴν μοιχεύειν, καὶ ὅς ἐάν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχεύει*. Ceterum nihil erat causae Polo, cur in *Synopsi Criticorum* Vol. IV. p. 475. verba, in Evangelio Math. XIX, 9. obuia: *ὅτι ὅς ἀν ἀπολυση τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχεύει*, ita explanare vellet: *i. e. moechari facit, illam nempe priorem a se dimissam, ex collat.*

54 *Matth. 5, 32. facere recte dicitur, qui factō causam praebet. Is enim, qui vxorem iniuste dimittit, non occasionem modo praebet adulterio, si dimissa alii nubat, sed ipse quoque id*

55 *committit, si aliam ducat. Adnecto tertiam partem Responsi nostri:*

Sum



Zum dritten verlangt derselbe, des Rechts berichtet zu werden, ob der Antrag des Obristen von Z. an die Semproniam auf die Ehescheidung, samt der wirklichen Entziehung aller Pflichten eines Ehemanns, denen Verbal- und Real-Injurien, Droh-Worten, daher zu besorgender Unsicherheit, beständiger Belästigung mit Aerger, Miß und Zank, und zu befürchtender mehrern Zerstreung ihres Vermögens, zur gänzlichen Trennung der Ehe zureiche, oder ob allenfalls die Obristin von Z. in Ansehung sothanen Antrags, und der darauf erfolgten Entschlagung derer Pflichten eines Ehemanns, ihre, auf die gänzliche Ehescheidung abzielende, Klage auf eine daher anscheinende bössliche Verlassung, jedoch des Vergleichs sub Lit. B. unbeschadet, gründen könne?

Ob nun wohl angeführet wird, daß ermelter Obrister selbst<sup>6</sup> seine Einwilligung in die Aufhebung der Ehe coram Conflitorio in dem Decesse zum Voraus ertheilet, solchen, nach dessen Vollziehung, durch wirkliche Verabfolgung derer seiner Gemahlin gehörigen Weubles und Briefschafften für richtig erkant, und Dieselbe bisher, bey ihrem in einer andern Stadt genommenen Aufenthalt, in ihrem Ehon und Bornehmen unangefochten gelassen, daraus also eine bösshafte Verlassung zu folgen scheint, und das päbstliche Recht selbst in gewissen Fällen deswegen die völlige Scheidung zuläßt, *c. 7. X. d. diort.* Hier<sup>7</sup> nächst das in heiliger Schrift *Matth. c. V. v. 32.* vorkommende Wort: *πορνησια*, besonders in der Versione LXX. Interpretum, zuweilen andere schwere Sünden bedeutet, daher, nach einiger protestantischen Rechtsgelehrten Vorgeben, auch *insidiae vitae, faecunia intolerabilis*, und dergleichen Verbrechen, wodurch die ehliche Treue gebrochen wird, die Ehescheidung nach sich ziehen, Strauch. *instit. iur. publ. lib. 1. Tit. 35.* Stryk. *in diss. d. diort. ob insid. vitae strukt.*

D. a. beyde Theile, vermöge des Reverses sub Lit. B. mit<sup>8</sup> gutem Willen von einander gegangen, und keiner dem andern dessen Ursache zur Last legen, noch für eine bössliche Verlassung ausgehen soll, und, ob zwar die Scheidung erst nach vorhergegangnem des Conflitorii Ausspruch geschehen muß, dergestalt, daß bey denen Protestanten nicht einmal die Verlöbniße durch beyder Verlobten Bewilligung aufgehoben werden, Schilt. *in instit. iur. can. Lib. II. Tit. X. §. 49.* welches gleichwohl einige der catholischen und protestantischen Lehrer bey



- bey denen Catholischen, wegen des unrecht verstandenen c. 2. X. d. sponsal. für erlaubt ansehen, mithin der Vergleich sub Lit. B. für ungültig zu achten, dennoch daraus so viel erhellet, daß der Obriste von 3. für keinen Defertorem gehalten seyn will, solchergestalt von der
- 59 Sempronia, wenn sie darauf klagen wolte, anzuführen wäre, daß er, mit Hintansetzung aller freundlichen Ermahnung und neuen Einladung, nicht kommen wolte, in welchem Falle Derselbe sich deswegen ebenermassen des Ehebruchs verdächtig machen würde, si quidem, cum desertione plerumque adulterium concurrere, existimant Doctores, Schneidew. in Comment. ad Instit. Iustin. Tit. d. nupt. num. 44. und die Actio adulterii mit der actione malitiosae desertionis
- 60 cumuliuret werden könnte, im übrigen die griechische Worte: πορν, πορνειν, πορνειν, meretricem, fornicationem, lupanar, Scapula in Lexico Graeco p. 1291. anzeigen, und die Worte: πορνειος λογος πορνειος, alljüdentlich sind, als daß sie eine andere Bedeutung zulassen solten, zumal die vorhergehende Verse lehren, daß Christus kein anderes Laster dadurch verstanden haben will, und selbige in heiliger Schrift meistens in diesem gewöhnlichen Verstande genommen werden,
- 61 So ist angezogener Antrag, nebst denen übrigen angeführten Ursachen, zur gänzlichen Trennung nicht hinlänglich, noch mag Sempronia zur Zeit mit Rechts-Bestande auf eine boshafte Verlassung klagen.

## OBSERVATIO IV.

Si maritus bona vxoris dilapidare  
coeperit, haec illi administrationem  
eorum recte adimit.

- 1 Male conuenerat inter eundem militum tribunum eiusque vxorem de diuortio, nec meliori iure pactum de certa bonorum parte, tribuno relinquenda, adiectum erat, quasi diuortia priuati essent arbitrii, et consistorii auctoritas ex mera solemnitate interueniret, quae ne in dissolutione quidem sponsaliorum negligi potest. An iure canonico sponsalia de futuro
- 2 contrario tollantur consensu, non satis est expeditum. Adferunt
- 3



runt quidem illud Espenius in *iure eccles. P. II. Tit. 12. c. 2. §. 11.* Engelius in *colleg. iur. can. Lib. IV. Tit. 1. §. 3.* Fleury in *instit. iur. eccles. P. II. cap. 17. §. 2.* Coruin. in *iure can. Lib. II. Tit. 12. §. 26.* et alii plures, itemque multi Protestantium, sed non probant ex *c. 2. X. de sponsalib. ad quod prouocant.* Certe Pontifex 4 Innocentius III. ibi vult, eos, qui de matrimonio contrahendo pure et sine omni conditione fidem dederunt, commoneri, et modis omnibus induci, vt praelitam fidem obseruent, sin cuncta haud proficiant, tandem hanc fidei remissionem in patientia tolerari, adiecta ratione, ne forte maius malum inde emergat, si reuocens talem ducere cogatur, quam odio habet. In primis mouere debet consistoria, vt desponsatis persuadeant 5 matrimonium, si suspicio adsit, concubitum sponsalibus accessisse, vbi quandoque iusiurandum purgationis decernendum est. Quamuis etiam illa concubitu deficiente contrario infirmetur 6 consensu, tamen penes catholicos pariter, atque Protestantes, priuato ausu ab iisdem non est discedendum, sed auctoritas iudicis ecclesiastici adhibenda, ne matrimoniales causae non sine insigni bonorum morum damno fiant res arbitrii priuati. Docent 7 id litterae Innocentii III. in *cit. cap. 2.* quas quidem inter eius epistolae, a Stephano Baluzio editas, non reperio, ad episcopum Exoniensem datae, vbi hic, tanquam iudex ecclesiasticus, illos, qui de nuptiis pacti sunt, ad eas celebrandas quacunque ratione inducere, sed, si surdas diu pulsauerit aures, tandem dissolutionem permittere iubetur. Ipse Espenius fatetur, quos 8 dam idem propemodum sentire, *l. c. §. 2. sic locutus: Ex hoc textu nonnulli credunt, vt promissionum matrimonialium seu sponsalium obligari quidem promittentem etiam ex iustitia ad contrahendum matrimonium et promissionem adimplendam, sed tamen absolute renitentem per censuras non esse cogendum, ne iniustus ad matrimoniam cogatur.* Quam 9 obrem, cum coniuges priuato conatu diuortium pacifici nequeant, consequens est, vt conuentiones adiectae haud valeant, siue matrimonium postea consistorii auctoritate dissoluitur, siue conferuetur. Quoniam enim pactum repudii, ceu 10 primarium, nunquam valuit, sed statim fuit nullum, conuentiones quoque isti subiunctae, tanquam accessorium, concidunt, seu



- 11 seu potius ab initio nullius ponderis fuerunt. Quapropter, si maritus inter haec diffidia bona vxoris, siue dotalia, siue paraphernalia, dilapidare incipiat, illa iuste petit, vt marito interdicatur eorum administratione, atque haec ipsi relinquatur. Illud de paraphernalibus eo minorem habet dubitationem, quo maiora in his vxoris, quippe quae secundum leges Romanas fructus ex iisdem percipit, sunt iura. Illud etiam de dote cauent verba l. 29. C. de iure dot. *Vbi adhuc matrimonio constituto maritus ad inopiam sit deductus, et mulier sibi prospicere velit* cet. quae quidem agunt de quaestione, qua mariti res sunt inclinatae. Sed inhumanum esset, vxorem ab hac actione arcerere, donec is ad incitas peruenerit, quo facto illi beneficium legis parum prodesset, quo pertinent verba c. 7. X. de donat. int. *vir. et vxor. ad inopiam vergere videbatur.* Add. l. 30. C. de iure dot. et inprimis Nou. 97. c. 6. pr. Imo, cum mariti opes interdum absque culpa eius senescant, contra bona dilapidans dolo non careat, hic tanto magis administratione priuandus est. In iis vero locis, vbi communio honorum inter coniuges est recepta, merito poscit vxor, vt ea diuidantur, et in commodum liberorum, quos enixa est, maritus propter facultates, quae penes ipsum remanent, a magistratu prodigus iudicetur, quod posterius simili ratione in ceteris ciuitatibus locum habet. Sequitur iam quarta pars Responsi:

18. Zum vierten will selbiger vergewissert seyn, ob eben dieser, zwischen dem Obristen von Z. und seiner Gemahlin errichtete, Vertrag sub Lit. B. in allen Puncten und Clausuln, besonders in Ansehung der von ihm beschehenen Renunciacion auf den in der Ehestiftung sub Lit. A. ihm ausgesetzten Nießbrauch derer 20000. Rthlr., wie nicht weniger auf ihre Verlassenschaft, kräftig, und er vermöge dieses Vertrags weder an solchem Nießbrauch, noch ihrem künftigen Nachlaß, in Ansehung des statutarischen Antheils, oder der Mobilien, Succession, oder sonst ex quocunque titulo, einigen Anspruch machen, auch, wenn sie äussersten Falls wieder an seine Seite gezwungen werden sollte, er sich der Verwaltung ihres Vermögens hinwiederum anmassen könne?



Ob nun gleich eingewendet wird, daß die in besagtem Ver<sup>19</sup>trage sub Lit. B. befindliche Renunciatio von ihm implicate vermittelst Eyd<sup>s</sup> corroborirer worden, wie er denn würklich die Worte: bey dem Wort der ewigen Wahrheit, und so wahr mir GOTT helfe! gebraucher, und bey denen Deutschen die Pacta successio<sup>n</sup>is renunciativa auch ohne Eyd beständig sind, Heinecc. in Elem. iur. germ. Lib. II. Tit. VI. §. 161. inmassen das ius Canonicum, welches solchen erfordert, c. 2. d. pact. in 6. nur in subsidium, wenn teutsche Gesetze und Gewohnheiten ermangeln, in Teutschland angenommen, desgleichen der Ehemann die Nutzung in der Frauen bonis paraphernalibus sich begeben kan, und solche dadurch receptitia werden, anbey es das Ansehen gewinnet, daß, wenn schon der Vergleich ratione der Ehe-Scheidung krafftlos, doch das übrige darinnen enthaltene gültig bleiben könne, cum alias vtile per inutile haud vitietur c. 37. de Reg. iur. in 6.

D. a. vorerwehnter massen weder die völlige Cassation der<sup>20</sup> Ehe, noch die Scheidung von Tisch und Bette, ohne das Consistorium geschehen, folglich der hierüber eingegangene Vergleich nicht gelter mag, und da solcher, als das Principale, wegfället, die Necessaria mit dahin sinken, sowohl das angezogene c. 37. davon, wenn 2. Principalia vorhanden sind, und beyde gültig abgefondert werden können, zu verstehen, jedoch der Obriste von Z. von der Semproniae Vermögen, dem Anführen nach, schon über 13000. Rthlr. verthan, und ihr nicht einmal die versprochene Sicherheit verschaffet hat, in dergleichen Fällen aber nach denen Worten des l. 30. C. d. iure dot. minus autem idoneis, ex quo hoc infortunium eis illatum esse, claruerit, die Ehe-Weiber, auch während der Ehe, Actiones erheben, und noch vielmehr dasjenige, was sie besitzen, zurückbehalten können, Ludouici in doct. Pand. §. 4. Tit. soluto matrim. bevorab, da der Ehe-Mann auch den usufructum paraphernalium ad onera matrimonii anzuwenden schuldig,

So ist zwar der zwischen dem Obristen von Z. und seiner<sup>21</sup> Gemahlin gestiftete Vergleich durchgehends ungültig, jedoch mag derselbe keineswegs sich der Verwaltung ihres Vermögens weiter anmassen, sie ist ihm auch, bevor er die 13000. Rthlr. wieder anschaffet, von dem Niesbrauch des übrigen ferner etwas verabsolgen zu lassen nicht verbunden.

OBSER-



## OBSERVATIO V.

Deferens coniugem suum, vel ab eo se sine iusta causa seiungens, successione in eiusdem praemortui bona priuatur, quamuis diuortium a iudice per sententiam non sit pronunciatum.

**I** Equidem ob adulterium, prout in prioribus obseruationibus demonstraui, non diuortium modo locum habet, sed coniux etiam adulter amittit dotem vel donationem propter nuptias, quod per statuta multorum locorum confirmatur, quo imprimis spectant Heilbronnensia, a. 1541. condita, P. X. Tit. IX. Wie segen und wöllen auch, so ein Man sein Ehelich trew inn der Ehe brech, vnd sich mit einer andern Frawen vermischte, vnd von seiner Ehefrawen nit wider in versönung angenommen worden, das er dar mit die Ehesteuer vnd sein zubracht heyrat gut verwirckt vnd verloren haben, die mit aller eygenschaft der Frawen vnd iren Erben heynges fallen sein, volgen vnd justeen sollen, on alle widerrede oder eintrag, Darzu soll er auch verlüstig sein alles desse, so im durch geding, oder in ander weg vonn seiner Hausfrawen vermacht wer, oder sunst zu stehen solt.

Dergleychen Herwiderumb, so die Fraw jr Ehe brech, vnd dem Eheman auch nit wider versönt würde, soll die morgengab vnd jr ehesteur genandt, das dem Man mit aller herrschafft vnd eygenthumb gefallen vnd verfallen sein, ime vnd seinen Erben bleyben, zu stehen, volgen vnd gedeyhen, darzu soll sie auch verlüstig sein alles desse, so ire durch geding oder in ander weg von irem Hauswirt vermacht were, oder sunst zustehen solt. Id in Saxonia eo extendunt, vt marito innocenti paraphernalia quoque addicant. *Carpz. Iurispr. Consil. Lib. II. Desinit. 199. n. 1.* Sed alius generis est res, si quis coniugem suum deserat, vel ab eo se separet, qui, diuortio licet a iudice non decreto, successione in bona illius, ante se defuncti, iacturam facit. Ratio enim, cur haec successio coniugibus in statutis vel pactis dotalibus deseratur, consistit in mutuo amore, mutua fidelitate et opera, quam sibi praestant, quae cessant, si vnus absque idonea causa discedat, alterius nullam agat curam, et in hoc proposito vsque ad eius mortem persistat. Hinc recte aiunt Lauterbach. in *Colleg. Theor. Pract.*



*Pract. §. 44. de success. iur. noiff. et Carpzou. in Iurispr. for. p. 3. const. 26. definit. 1. omni statuto et pactis dotalibus, superstiti coniugi portionem bonorum deferentibus, tacitam inesse conditionem: Si coniux suum facit officium. Accedit, quod non in Saxonia solum, vti quidam putant, sed in plurimis aliis locis, ad successionem coniugum consensio thalami sit necessaria. vid. Dn. Praesidis diss. de recta sponsal. de praes. et fut. applicat. §. 14. Idem inuenio in statutis Heilbronnenlibus P. III. Tit. II. cuius verba hunc in modum sunt concepta: So zwen Ehegemecht nimmer in ehelichen standt der masen on verschreybung vnnnd berebung zusammen kummen, zu kirchen vnnnd strassen gangen, vnd sie die eheliche deck beschlagen hat, vnd geht dann der selbigen personen eine, welche die ist, in Jars frist on ehelich lebbs erben von jr beyder leyb geporen, mit todt ab, So soll dann der halbtzell aller der abgestorben person zugepraechter, vnd mittler zeyt ererbter hab vnnnd gütter, ligends vnnnd farends, nichts aufgenummen, widerumb hynder sich an des abgestorbenen erben fallen, inn sein freündtschafft, Vnd der ander halbtzell an farender hab, soll der oberlebenden person eigentlichen zu stehen vnnnd bleiben ic. ex quibus coniugio, in successione coniugum actuali et durante opus esse matrimonio. Neque minus huc sunt referenda verba Spec. Sax. Lib. III. Art. 76. Stirbet einem Weibe ihr mann, und bleibet sie in des mannes gut ungetheilt mit den Kindern ic. quae satis perspicue supponunt, vxorem tempore obitus mariti cum hoc habitare. Imo Praetor apud Romanos idem iam in l. vn. D. vnde vir et vxor constituit, a successione feminas arcens, quae non iure diuortium fecerant a maritis: *Vt autem haec bonorum possessio locum habeat, vxorem esse oportet mortis tempore, sed si diuortium quidem secutum sit, veruntamen iure durat matrimonium: haec successio locum non habet.* Proinde nullum diuortium hic est admittendum, siue successio ex pactis dotalibus, siue ex consuetudine vel statuto, coniugi superstiti deferatur. Add. Stryk. de success. ab intest. Diss. IV. Cap. 1. Attamen Carpzouius in *iurispr. for. p. 3. const. 26. definit. 15.* existimat, si separatio in Saxonia inter coniuges a thoro et mensa fuerit facta, defertorem haud incurrere in amissionem portionis, statuto debitae, quod limitat Nob. Dn. a Berger in *Respons. iur. p. 1. Resp. 62.* nisi ille occasionem morti praebuerit. Coronidem huic opusculo imponit quinta responsi pars, id argumenti habens:*

Endlich



Endlich und zum fünften begehret derselbe rechtliche Nachricht, ob die Obristin von Z. ohne Beeinträchtigung oft angezogenen Vertrags, wider ihren Gemahl wegen derer ihm darinnen überlassenen, und binnen denen 3. viertel Jahren ihrer gedauerten Ehe, gleichsam auf 13. Jahre schon voraus vorgeschossenen, Capitalien an die 13000. Rthlr. selbst Klage erheben, und solche ganz oder zum Theil condiciren, oder zum wenigsten das Interusurium davon fordern könne, oder ob nicht vielmehr durch dergleichen Klage und gerichtlichen Anspruch der Vergleich selbst in Aufsehung ihrer gebrochen werde, und seine iura maritalia, nemlich die Nutzung derer 20000 Rthlr. die Erbfolge in das Fahrnis, und Portio Statutaria, ihre vorige Krafft erlangen?

13. Ob nun zwar vorgestellet wird, daß selbiger solches Pactum, so viel die in dessen 5. §. versprochene Aushändigung derer, der Semproniae gehörigen, Sachen betrifft, dadurch nicht gehalten, daß er ihre gute Weisheit theils verfälschet, theils durch die verdächtige Amasiam entzogen, jener Geräthe-Kasten gebrochen, daraus Leinwand heimlich weggehlet lassen, und das gute Gewehr ausgetauschet,

14. D. a. in d. m. Reverte und dessen 2. 6. ausdrücklich bedungen, daß Sempronia, so lange ihr Gemahl am Leben, sich alles Anspruchs an das ihm geahrete Geld begeben wolle, so daß er davon weder Capital, noch Zinsen, zu ersiaten gehalten seyn, und, wenn er vor ihr mit Tode abginge, seine Erb. n. ihr überhaupt 4000. Rthlr. aus seinem Allodial-Vermögen ersetzen sollen, bekanten Rechten nach, aber, wenn ein contrahirender Theil das versprochene nicht erfüllt, der andere deswegen von dem Vertrag nicht abgeh. n. kan, sondern auf die Erfüllung kl. en muß, Horn. in Resp. Jur. Cl. XI. Resp. 33. p. 649. sowohl die Contract. auf beyden Seiten entweder zu erhalten, oder aufzuheben sind, dann Sempronia ihrem Ehe. Consorten das Geld mit ihrem Willen gegeben, und seine Zinsen pass. n. wo nicht promissio, lex, oder mora vorhanden, Leyser in Medit. ad Pand. spec. 244. d. fontib. oblig. ad usur. med. 1. welche zur Zeit hier fehlen, hingegen, wie allbereit ausgeführt, der ganze Vergleich sub Lit. B. von keiner Gültigkeit ist, und das Ehe. Weib wegen Zerstreung ihres Vermögens, auch während der Ehe, nicht nur wider andere d. l. 30. C. d. iure dot. sondern auch wider ihren Ehe. Mann selbst klagen kan, l. 24. pr. D. soluto matrim. Nou. 97. c. 6. pr. cit. Leyser, sp. 377. d. uxore dot. repet. med. 2. et 3. und der Obriste von Z. in der Ehestiftung sub Lit. A. gegen Auszahlung derer 20000. Rthlr. genugsame Versicherung versproch. n.

15. So mag die Obristin von Z. ohne Beeinträchtigung mehrerührten Vertrags zwar die 12000. Rthlr. nicht zurück fordern, weil aber solcher an sich nicht besichet, noch die Successio mariti, wenn derselbe bis auf ihr Ahsterben von ihr abgefondert lebet, bleiben kan, sothane 13000. Rthlr. der bisher so ūbel geührten Wirthschafft halber, zurück verlangen, oder wenigstens ihn, dem c. 7. X. d. donat. int. vir. et vx. und der unter ihnen aufgerichteten Ehestiftung gemäs, in Bestimmung hinlänglicher Caution anhalten lassen. Alles B. N. W.



ORNATISSIMO RESPONDENTI

SVO

S. P. D.

PRAESES.

**H**aud ita pridem petiisti a me, Vir Clarissime, quem et propter morum suavitatem vitaeque honestatem, et propter incredibilem ferme diligentiam, summo complector amore, argumentum ad dissertationem conficiendam, in quo ingenium exceres, et scientiam Tuam excoleres. Communicavi Tecum responsum, quod elaboravi, cum ordini Iurisconsultorum Vitembergensium adsiderem, in quo tamen responso me quaedam inuitum scripsisse, non dissimulo. Exposui Tibi, quid de hac diuortiorum doctrina, non minus frequenti, quam difficili atque spinosa, sentirem, quo facto eadem ita Tibi placuit, ut argumenta vtriusque partis publice proponenda, et sub examen reuocanda, Tibi sumeres, quo facilius Eruditi possent iudicare, vtra sententia alteri praestet. Effecisti illud mascule ac egregie hoc scripto, de quo, etsi non omnia in eo sunt Tua, multa tamen Tibi iure Tuo vindicas. Quare de Te non solum bene sperare, sed etiam confidere possumus, Te strenue vestigia pressurum



rum esse illustris ex Magistratu Heilbronnensi Auctoris libri de vindiciis libertatis Ciuitatum Imperii in receptione cancellariae equestris, qui ob reconditam et exquisitam doctrinam pariter, atque purioris stili elegantiam, penes plurimos in summa est laude. Habet omnino inclÿta Respublica Heilbronnensis, praeter clementiam coeli, salubritatem aëris, fertilitatem soli, vbertatem agrorum, et pulchritudinem vinearum, multa prae aliis ciuitatibus et regionibus eximia. Florent ibi Viri, in theologia, prudentia iuris, arte salutari, litteris, quae ad humanitatem pertinent, et ceteris disciplinis, versatissimi, floret Gymnasium, ex quo prodierunt praeclara ingenia, denique plus ibi valent bona instituta, quorum quaedam exempla insignia in Tua dedicatione merito praedicasti, quam alibi bonae leges. Quapropter Tibi ex animo gratulor de praestantissima Hac Patria, Eiusque felicitate, gratulor de Parentibus, quos nactus es, excellentissimis, quorum quidem Patrem illustrem, deque publica re optime meritum, praematnra morte Tibi ereptum esse doles, matrem vero Optimam, et matronarum nostri seculi decus, superstitem esse, tanto magis gaudes, quin etiam gratulor de hoc specimine, quod, floris instar, futuro tempore lectissimos ex Te fructus spondet. Sincera nuncupo vota, vt Tibi omnia prospere, ac ex ipsa animi Tui sententia, eueniant. Vale.



So lobt sich Fleis und Müß,  
Der Freund! Dich längstens zerte,  
Zu der Gelehrsamkeit in langen Nächten führete  
Und heute redet Sie.

Erlang, den 16. Octobr.

1762.

Dieses, Verdienstvoller, und angeneh-  
mer Freund! schrieb aus Pflicht

F. F. E. Majer aus Schw. Hall  
D. N. B. und der deutschen Gesellschaft in  
Erlang Mitglieb.

Erhebe nie ein grausam Glück,  
O Muse! wenn der Heil  
Vom lauen Bürgerblut bespritzt  
Stolz auf ihr Elend sieht.  
Der Weise baut kein Denkmal sich  
Mit Blut und Thränen auf:  
Es sey dann, daß einst um ein Grab  
Die liebe Thränen weint.

So reizt Dich, Freund! kein rauschend Glück,  
Wenn Du bey stiller Nacht  
Vom schwärmenden Getümmel frey  
Noch für die Weisheit wachst.

Sie krönt Dich auch mit wahrem Ruhm:  
Bewundernd eilst Du hin,  
Wo um Dein wartend Vaterland  
Der Neckar sanfter fließt.

Erlang, den 15. Octobr.

1762.

Hierdurch wollte sich dem Hochedlen  
und Hochwohlgelahrten Herrn  
Autor dieser Dissertation glück-  
wünschend empfehlen.

DESSELEN  
aufrichtigst / ergebenster Freund und  
Diener,

Joh. Fried. Keim,  
D. N. B. aus Culmbach, Opponent.



**S**o Freund! dies sind die Ehrenstufen!  
Worauf der Muses Lorbeer blüht,  
Die sich, wann uns Verdienste ruffen,  
Endzückend um die Schläfe ziehn.  
Und so, so seh ich Dich umwunden,  
Mit Palmen der Gelehrsamkeit,  
Die Dir, o Freund! die Tugend weiht,  
Und die die Themis selbst um Dein verdientes Haupt gebunden.

Hochzuehrender Herr! Zärtlicher Freund!  
Halten Sie diese Zeilen für ein Zeichen einer aufrichtigen Freundschaft, ja, wann mich gleich Der o nahende Abschied Ihren Umarmungen entzieht, glauben Sie, ich bin noch immer Der o ergebener Diener,

J. M. B. Salzmann, b. N. B.  
Opp.

---

**M O N S I E U R,**  
Mon très honoré et très cher Ami!

**N**e Vous attendés pas à des éloges de ma part. Tous ceux, qui ont l'honneur, de Vous connoître, sont convaincus de Votre solide erudition, et de Vos soins intarrissables pour les études, de sorte, que mon suffrage ne seroit, que pour le nombre. Vous en avés déjà donné bien d'illustres preuves privées, et Vous en donnés aujourd'hui une publique, avec beaucoup d'aveu. Je prens part au suveroit d'aplaudissement, que Vous allés acquerir, et je Vous en felicite autant, que moi même, avec qui Vous avés daigné partager cet honneur, préferablement à d'autres. Dieu Vous fasse fournir une longue carrière à l'honneur de l'erudition, et au Vôtre, à fin qu'on Vous voie monter de degré en degré au comble de la gloire, et des dignités, et que j'aie encore long tems le plaisir, de m'en rejouir, et d'être avec beaucoup d'attachement

**M O N S I E U R**

Erlang,  
cc 9. Octobres 1762.

VOTRE très humble serviteur,  
et très sincere ami,

Jean Jaque Braz, Etud. en Droits  
de Hall en Suabe,











Erlangen, Diss., 1758-62

ULB Halle  
003 770 94X

3



f  
56.











4.

Q. D. B. V.  
DE  
GRAVISSIMIS ADVLTERII  
INDICIIS AD DIVORTIVM  
IDONEIS AC REPETITIONE DOTIS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

FRIDERICO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORUSSIAE  
SILESIAEQVE DVCE REL. BVRGGRAVIO

NORIMBERGENSI REL.

IRCVLI FRANCONICI SVPREMO BELLI DVCE TRIVM LEGIONVM  
ET COHORTIVM PRAEFECTO REL.

P. H. A.  
PRAESIDE

MICHAELE GODOFREDO  
WERNHERO JCTO 1762, 4

PROF. IVR. ORDIN. ET ORD. ICTOR. ADSESS  
PATRONO AC PRAECEPTORE SVO GRATE SVSPICIENDO

DIE MENSIS OCTOBRIS A. MDCCCLXII

IN ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI

PVBLCIE DISSERET

AVCTOR ATQVE RESPONDENS

IOANNES DIETERICVS SCHMIDTIVS  
HEILBRONNENSIS.

ERLANGAE AERE I. D. M. CAMERARII ACAD. TYPOG.

